Fragmentarium

gladio tranſuerberata eſt. Tenentur deinde protꝰ & iacinctꝰ: trahunt
q; ad templum. S; orationem illis facientib;: ſimulachrum iouis ad
qđ orandum impellebantur: cecidit ad pedeſ eoꝝ: & ita comminutum
eſt: ut quid fuerit non pareret. S; hoc non uirtuti diuine ſ; magi
cis artib; imputanſ niceciuſ pfectꝰ urbis rome iubet eoſ decollari;
Qui decollati ſunt ſub die. III. idus ſeptembris. Poſt hec nicecius
accerſitam ad ſe beatam eugeniam: cepit de magicis artib; ab ea
flagitare ſermonem. At illa conſtanter oſ ſuum aperienſ: dixit. Fate
or tibi: qđ arſ nr̄a uehementior magicis artib; eſt. Nam magiſter
nr̄ habet patrē ſine matre: & matrem ſine patre. Deniq; ſic eum ge
nuit pater: ut feminam omnino neſciret. Sic eum genuit mat:
ut uirum omnino non noſſet. Hic ipſe habet uxorem uirginem:
que illi cotidie filioſ creat: iamq; innumerabiles ei filioſ peperit;
Cotidie carnē ſuam ei carni coniungit oſcula ſua circa eam ſine
intermiſſione ſociat. In ſuo amore inuicē omnio pdurant: & tanta
integritate ſubſiſtunt ut omnis uirginitaſ & omnis integritas
& omnis caritaſ: ex eorum coniugio diriuetur. Audienſ hec nice
cius ſtupuit: & iuſſit eam duci ad templum diane ut ſacrifica
ret. Qđ ſi nollet: gladio uitam finiret. Cui ita ſpiculator immi
nenſ dixit. Redime uitam tuam & patrimonium tuū eugenia:
& ſacrifica deę diane. Tunc beata eugenia expandenſ manꝰ ſuaſ:
cepit orare & dicere. Dſ qui cordis mei archana cognoſcis: qui uir
ginitatem meam ſinceram in tuo amore ſeruaſti: qui me filio
tuo dn̄o meo ihu xp̄o ſociare dignatꝰ eſ: qui ſpm̄ ſcm̄ in me regna
re feciſti: adeſto nunc michi in confeſſione nominis tui: ut con
fundantur om̄s qui adorant hoc idolum: & qui gloriantur in ſimula
chriſ ſuis. Et hec cum oraſſet: fit terremotꝰ in eodem loco. Et ita tē
pli ipſiuſ fundamenta ſubuerſa ſunt cum idolo: ut nichil aliud
remanſiſſet niſi ſola ara que erat ante ianuam templi: ad quā ſta
bat ſcā eugenia. Hec in ſolo ſtratonie geſta ſunt: coram omnib; qui
ſequebantur agonem beate eugenie. Fit concurſuſ popli romani
& uaria acclamatio. Alii dicunt innocentem: alii magam. Nunci
antur iſta prefecto: & prefectꝰ nunciat impatori. Impator autē

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 25v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/36971)